

re, quia deo sine pace et concordia nihil placet nec omnino sancte oblationis⁴⁴ ad altare munus, quod ipse dominus ibi relinquere iussit et ire prius 200
reconciliare fratri suo et ita munus placabile deo offerre, quia caritas, que
est prima^e omnium virtutum, sine pace et concordia fieri non potest.
Nemo enim^f in saeculo patri familias quid placabile potest offerre, quam-
diu eum, qui offert, viderit odisse filium suum et cum eo placatum non
esse, ita nemo deo^g quid placabile sine caritate, quæ in dei dilectione con- 205
stat et proximi, valet offerre. Proinde etiam dominus in evangelio ait: /
fol. 64v 'Hec⁴⁵ mando vobis, ut diligatis invicem' et 'in⁴⁶ hoc cognoscent omnes,
quia mei discipuli estis, si dilectionem ad invicem habueritis', et alibi:
'Beati⁴⁷ pacifici, quoniam filii dei vocabuntur'. Filii autem diaboli esse
intelleguntur, qui in discordia et dissensione permanent. Filii autem dei 210
in pace semper et concordia vivunt et ita in eternum coram domino^h felices erunt.

e) fehlt M (nach virtutum ergänzen Mordek/Schmitz: mater).
in hoc M. g) deum Hs.

f) enim in] ergo

h) deo M.

44) Vgl. Matth. 5,23f.

45) Iob. 15,17.

46) Iob. 13,35.

47) Matth. 5,9.